

# PRÆFATIO.

**T**Ametsi methodum in compilando Jure nostro, præprimis in Institutis, observatam judicare nolumus, id enim vel cogitare nefas foret, l. 3. C. de crim. sacril. attamen illud nobis inde, quo vel delibare studium hoc contigit, firmiter persuasum fuit, longè melius è re nomophilorum factum fuisse. Etiamnum fieri, si totum Jus nostrum in duas Partes dividatur, ac primâ quidem de JURE IN RE, alterâ verò de JURE AD REM instituatur tractatio, qua sanè ratione efficeretur, ut, dum frustra de connexione Titulorum laboratur, vid. Strictur, nræ ad Comp. Lauterb. pag. 1. memoria non minùs quam ingenio non solum rudis adhuc & infirmi Studiosi S. 2. J. de J. & J. sed & absoluti Candidati Juris anacephaleos in meditantis mirificè consideretur. Et memoria quidem propter accuratum ordinem & primorum ubique Principiorum Synopsin. Ingenio verò, ut illud minimè obruendo præter primarudimenta, reliquas quoque materias suos semper reducendo ad fontes, solida universæ Jurisprudentia principia facili & quicunque ac jucundâ via sibi valeat comparare. Vale B. L. & fave.

A

SY-